



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Facvltas R. P. Provincialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.

Ioannes Gruzenski Præpositus Prouincialis Societatis
IESV in Prouinciâ Lithuanîæ.

Cum Opuscula P. Nicolai Lancicij Societatis nostræ Theologi, tres eiusdem Societatis Theologia Doctores & Professores, quibus id commissum fuit, reuiderint, & in lucem edi posse censuerint, nimirum: de Praxi Diuina Præsentia, & orationum iaculatoriarum, & varijs Orandi ac Deum piè colendi modis: de præstantiâ Institutii Societatis IESV: de quatuor F. seu de quatuor viis perueniendi ad perfectionem: de exteriori Corporis Compositione, hominibus Spiritualibus necessariâ, seu de Minimis in obsequio Dei curandis: de modis portandi Crucem Christi, seu de piè tolerandis persecutionibus humanis: de naturâ & gradibus humilitatis, & de confusione nostri, ob Dei amorem querendâ: de rectè traducendâ adolescentiâ: de Meditationibus rerum Diuinarum rectè peragendis, præsertim in Octiduanâ Recollectione: de medijs ad virtutes, in vitâ Spirituali acquisitas, postea conseruandas & augendas: De conditionibus boni Superioris illi necessarijs: de pijs erga Deum & Sanctos eius affectibus, de humanarum passionum Dominio, in quo situm sit, & quomodo acquiri possit: de Negotiatione cælesti. Potestate ad id mihi factâ, ab A. R. P. N. Generali Vincentio Carrasa, facultatem concedo, vt hæc Opuscula typis mandentur, si ita ijs ad quos id etiam pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu propriâ subscriptas, & consueto Sigillo Officij munitas dedi. Vienna, Anno 1646. 9. Iunij.

Ioannes Gruzenski
manu propriâ.



Locus Sigilli.

C E N S V R A.

Opuscula Ascetica Reuer. Patris Nicolai Lancicij Societatis IESV docta, pia, & perfectionis studiosis admodum vtilia sunt, nihilque continent fidei aut bonis moribus contrarium. Vnde cum Ecclesiæ bono lucem aspicient. Actum 24. Februarij 1647.

Guil. Bolognino S. Th. Lic. Canonicus
& Lib. Censor Antuerp.

NICO-